

## Werk

**Titel:** Erucarum ortus, alimentum et paradoxa metamorphosis

**Autor:** Merian, Maria Sibylla

**Verlag:** Oosterwyk

**Ort:** Amstelædami

**Jahr:** 1717

**Kollektion:** Zoologica

**Digitalisiert:** Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

**Werk Id:** PPN476830389

**PURL:** <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN476830389>

**OPAC:** <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=476830389>

**LOG Id:** LOG\_0051

**LOG Titel:** XLIV. Urtica urens minor

**LOG Typ:** chapter

## Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain these Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

## Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen  
Georg-August-Universität Göttingen  
Platz der Göttinger Sieben 1  
37073 Göttingen  
Germany  
Email: [gdz@sub.uni-goettingen.de](mailto:gdz@sub.uni-goettingen.de)

cam in aureliam augusto mense mutata finit, anno sequente marcidi folii colorem referens papilio prodiit.

Hujuscemodi Vermiculi in omni stirpium pediculofarum genere reperiuntur, pediculi enim eorum esca sunt; vermiculi pediculis in gyrum decurrentibus silentiosè solummodò insidiantur, quibus proboscide suâ eos captitare edocti, succum omnem eliciunt, siccumque & vacuum rejiciunt, in doliola fusca transmutantur, ac inde tales, quales in figurâ depinguntur, muscæ prodeunt.

XLII. *Populus nigra.*

**E**X hac arbore rotundi persæpè nodi excrescunt, immaturi adhuc aperti vacui sunt, maturi verò suâ sponte patuli fiunt, sextuplicis generis animalcula nobis exhibent, quorum duo pennigera volitant, & culicum more pungunt, unum altero paulò minus est, reliqua quatuor reptilia sunt, tam formâ quàm magnitudine diversa, minimi figura non nisi microscopii ope detegitur, his animalculis gutta aquæ tepidæ adjaacet, pisum album quantitate referens, horum autem maximum cætera tria devorat, hocce pabulo suo absumpto, in bullam transformatur, ex quâ post dies quindecim sylvestris apis educitur, ualem figura representat.

XLIII. *Lactuca capitata florens.*

**H**Æc eruca cineritii coloris lineâ rufâ dorso notata, deponens exuvias suum cum fusco colorem commutavit, in finem usque Augusti eam lactucâ enutrivit, tunc in aureliam fuscam immutabatur, unde septembre mense phalæna prodiit, cujus alæ superiores fuscæ, inferiores verò unâ cum corpore subcæruleæ fuerant.

XLIV. *Urtica urens minor.*

**H**UJUSCEMODI flavam nigris lineis virgatam erucam hac herbâ in junium usque enutrivit, tunc in aureliam immutabatur, unde post dies quatuordecim papilio prodiit, qui inferius

rius fusco, superius ex obscuro colore, maculis, lineisque nigris exornatus erat, hæc ubi eruca Septembre mutatur, aurelia hocce modo firmata in vernum usque tempus permanet, tunc inde prius papilio exoritur, aurelia fasciis involutum infantulum apprimè refert, sunt hujus generis aureliæ, quæ deauratæ videntur, sunt & aliæ ex quibus acari producuntur, qui in doliola, hæc autem quævis in muscas aureolas immutantur. In excrementis etiam harum erucarum acaros inveni, qui quoque in doliola variabantur, è quibus post quatuordecim dies eductæ muscæ in conspectum venerunt.

XLV. *Flos Brassicæ viridis.*

**H**Occe genus erucarum flavescens punctis viridibus nigrisque intertextum brassicâ pabulo vescitur, quam tam planè ac exactè sæpè sæpius absument, ut non nisi foliorum caules superstites remaneant; tempèstivè in anno mutatæ quatuordecim dierum spatio papiliones (vulgo Witjes) dicti evadunt, in aurelias autem tardiùs immutatæ per totum hyemale tempus eadem permanent, ac mense Majo prius transfigurantur, hæc erucas enutrivit, earumque aliquas velut exanimes sese prosternentes animadverti, extunc earum è corpore copiosè prorepebant acari, in doliola transeuntes, his doliolis in unum contextis eruca periit, doliolorum autem quodlibet duodecim diebus elapsis muscam produxit.

XLVI. *Facea moschata purpurea.*

**S**uper hocce flore fuscam hujusmodi, pilosamque erucam deprehendi, vescitur & alio florum genere, propriis è pilis texturam conficiens in aureliam nigram immutabatur, talis per hyemis integræ decursum permanens, subsequenti anni Martio mense alba lineis nigris, maculisque exornata phænæna in lucem fuit edita, qualem figura demonstrat.

XLVII. *Fruetus prunorum.*

**A**Rbor hæc eleganti flavæ, hirsutæ erucæ à tergo caudæ puncto rubro notatæ pabulum subministrat, dum ea sese  
ex-